

vers 1583.

Jesuitæ

no. 10

DISSERTATIO

I V R I S

P R O

FACVLTATE

T H E O L O G .

E T

V NIVERSITATE LOVANIENSI,

cisque adiunctis


ORDINIBVS

BRABANTIAE,

C O N T R A

P. PROVINCIALEM

SOCIETATIS IESV.



*EXTRAICT DE L'ADVIS
donné par ceux du Conseil de Brabant à
son Altesse Prince de Parme , en date du
24. iour de Decembre 1583. touchant les
Priuileges des Peres de la Société de IESVS:*

TOUCHANT les 7. 9. 12. 22. desdites graces & indultz , ou que trouuons estre permis ausdits Peres de faire leçons publiques , & aussi promotions és Arts & en la saincte Theologie : Auons enuoyé les extraicts desdits Priuileges à ceux de l'Vniuersité de Louuain , qui fut ce nous ont enuoyé leur rescription cy ioincte. Dont trouuons plusieurs raisons si fondées & pregnantes , que nous semble *nullement* conuenir de permettre ausdits Peres lesdites *promotions ny en l'une ny en l'autre desdites Facultez* : mais bien qu'ils pourront faire leçons publiques en leurs Colleges , tant és Arts qu'en la Theologie , comme aussi font les Cordeliers , Iacoppins & autres Religieux & mendians en la saincte Theologie.



AMPLISSIMI NOBILISSIMIQUE DOMINI,



RUDENTIS iudicis ea solet
esse cautio, ne suæ iurisdictio-
nis terminos excedat, ut potes-
t probè scientis futurum alio-
quin, vt sibi impunè non pa-
reatur. **a** Proprietatis autem & posses-
sionis: item iuris & eius quasi possessionis
distinctam scimus esse caussam: illi peti-
torium, huic possessorum iudicium præ-
scriptum esse; vt qui vnius sit iudex, sàpè
alterius non sit competens.

1. ultim. ff.
de iurisdi-
ctione.

Ita verò in causa Facultatis Theolo-
gicæ contra Societatem, iudicium de ipso
Privilegio Pij V. fori est Ecclesiastici, quia
ius Theologiam docendi Ecclesiasticum
est, quod à Pontifice sibi datum prætendit
Societas, adeoque Clemens VIII. Sedi
Apostolicæ reseruauit. Iudicium verò

de vsu seu quasi possessione eiusdem Priuilegij ad Serenissimos Principes spectat.

Ne tamen iuri suo Facultas diffidere videatur, illius etiam defensionem contra Societatis prætensem Priuilegium cum vsu & perpetua illius quasi possessione cumulabit, dummodo id citra contestacionem de ipso iure fieri intelligatur.

Hæc ergo deductionis erunt capita.

1. Priuilegium Pij V. non comprehendere famosas Vniuersitates, nominatim Louaniensem, illiusue Priuilegiis aut statutis derogare.

2. Nullo Ducis Brabantiae placeto Societati concessum esse, vt docere posset Theologiam in ordine ad gradus.

3. Societatem nunquam fuisse in quasi possessione talis Priuilegij.

4. Facultatem etiam post impetratum à Pio V. Priuilegium hactenus perstittiſſe in contrario vsu sui statuti, quo nullus ad gradus admitti potest qui non audierit electiones ipsius Facultatis.

5. Quod etsi prætensem istud Societatis priuilegium ab initio valuerit, exinde tamen evanuerit per non vsum Societatis, & contrarium vsum Facultatis.

C A P V T P R I M U M.

Priuilegium Pij V. non comprehendere famosas Vniuersitates, nominatim Louaniensem, nec illius priuilegiis aut statutis derogare.

PRIVS illud de Famosis Vniuersitatibus euidens fit ex ipsa supplicatione Patris Generalis ipsius Societatis, quam Pius V. in sua bulla his verbis inseruit; *Vt diuersarum nationum iuuenes qui magistrorum penuria litteris operam dare desistebant, hac commoditate allecti recte vivendi normane edocti, &c. et infra, Nihilominus cum in quibusdam Vniuersitatibus, &c. iunctis his, in præmissis oportune prouidere.*

Ex his enim patet Patrem Generalem solum fecisse mentionem viliorum & defectuosarum Vniuersitatum, in quibus scilicet erat magistrorum penuria. Ut consequenter tota bullæ dispositio cum suis clausulis nonobstantiarum & aliis qui buscumque non possit aliter accipi quam intra limites & cancellos defectuosarum

Vniuersitatum, de quibus fuit actum &
cogitatum. ^a

Ita enim Priuilegij intellectum à Sup- Decius cōf.
plicationis verbis peti oportere tradunt ^{690. nū. 34.}
Iuris interpretes, ^b & vbi cumque ratio
legis strictior est dicto seu disposito, ad
strictitudinem seu limites ipsius rationis
restringi ipsam dispositionem. ^c

Hinc Innocentius tertius ad Archie-
piscopum Senonensem rescripsit, ^d su-
per maioribus & grauioribus negotiis
non audire eos qui de minoribus & leuio-
ribus faciunt mentionem, his verbis; Se-
des Apostolica consuevit exhibere se peren-
tibus liberalem, sed quidam eius gratia nequi-
ter abutitur. Nos igitur valentes malitiis eo-
rum obuiare, decernimus ut cum in commis-
sionibus nostris minores & viliores personæ
solummodo designantur, maiores & dignio-
res sub generali clausula non intelligantur in-
cludi, sed nec liceat occasione generalitatis
eiusmodi multitudinem effrænatam in indi-
cium euocare.

Quæ à simili quadrare videntur in Pro-
uincialem Societatis, qui occasione gene-
ralitatis vult includi etiam maiores & di-
gniores seu celeberrimas Vniuersitates,

a iiiij.

Decius cōf.
690. nū. 34.

b
b inter di-
lectos. §.
ceterum de-
fid. instru.l.
i.C. de di-
uersis ref-
cript. l. 51.
de tœnori-
bus. §. in-
terrogatus.
ff. de inter-
rogat. act.
Iason in l.
Gallus. §.
idem cre-
deadum. n.
10. ff. de lib.
& post-
hum. in l.
lectione.

c
Euerardus
tract. lega-
lium argu-
ment. lo-
co 78. n. 1.

d
c. Sedes. de-
scipt.

multitudinemque effrenatam suo priuilegio subiicere; cum tamen in bulla solum designentur viliores seu defectuosæ Vniuersitates, magistrorum penuria laborantes; adeoque Provincialis contra mentem Pij V. gratia Sedis Apostolicæ abutitur.

Etsi ergo dispositio concepta sit verbis generalibus, quandocumque, quibuscumque, semper, perpetuo, ubicumque, aut similibus, ea tamen dispositionem non extendunt ad pluram, sed firmius & præcisius eam exprimunt intra cancellos factæ supplicazioni, adeoque intentionis quam disponens habuit.

Planè eodem modo sicut in dispositione iurata iuramentum quod assumitur non extendit primordialem naturam astus cui apponitur, sed ei intra limites suos manenti addit tantum religionis vinculum. e

Peckius c.
in genera-
li. de reg. iu-
ris in 6. n. 6.
& late Co-
uar. in c.
quis muis de
legium hoc Societati concessum intelli-
gatur, etiam in iis Vniuersitatibus in qui-
bus non est Magistrorum penuria; adeo-
que ultra limites ipsius supplicationis,

Fortè opponet Societas verba ista bul-
lx ; dummodo per duas horas de mane &
vnam defero cum lectionibus Vniuersitatibus
non concurrant, omnino exigere ut priui-
bus non est Magistrorum penuria; adeo-
que ultra limites ipsius supplicationis,

quia vbi tres sunt lectores, ibi nulla subest penuria Magistrorum. Responso obvia est, etiam vbi tres tantum sunt professores, qui negligenter & parum accuratè docent, censeri esse penuriam magistrorum. Penuria enim non excludit, imò includit magistrorum aliquem numerum, sed in illo designat paucitatem & insufficien-
tiam ad plenè instruendum auditorium.

Quamuis dicta verba ne hoc quidem importent mandarià Pontifice, vt etiam in iis Vniuersitatibus in quibus tres sunt lectores, cursuum Societatis ratio habeatur. Ut enim aut duo tantum aut unus, aut nulli de facto in iis sint lectores, usum nihilominus suum habebit illa modificatio & Vniuersitatum prærogatiua in futurū; vt quando postmodum plures assumperint Professores, vigoremque suum resti-
tuerint, hanc prærogatiuam habeant ut suis Professoribus deligere possint com-
modas horas, teneanturque Societatis Professores aliis horis docere.

Stat ergò firmum ex supplici Genera-
lis libello argumentum, priuilegium istud
Pij quinti non comprehendere Vniuersi-
tates famosas, in quibus est Magistrorum

copia , adeoque nec Louaniensem , quæ Societatis etiam (vt putamus) confessione famosa est , vtpote quæ nouem habeat Theologiæ Professores.

Et vt hanc priuilegij interpretationem non indicaret libellus supplex ipsius Generalis , ratio tamen & lex officij Pontificij eandem dictaret . vt enim ad officium Supremi Ecclesiæ Præfetti pertinet Vniuersitatibus quæ deficiunt supplementum aliunde submittere , ita quoque ad illud pertinet in labores eorum qui Vniuersitatem florentes vigentesque reddiderunt , nō immittere extraneos qui metant quod non seminauerint , omnesque à studio bene de Ecclesia merendi alienent .

Speciatim verò ista Bulla non comprehendi Vniuersitatem Louaniensem , probatur primò .

Louaniensis Academia non est erecta mera liberalitate Summi Pontificis , sed per contractum initum cum SS. Brabantie Ducibus , cum Præposito , Decano , Scholastico Sancti Petri , cum Magistratu ac Oppido Louaniensi , qui omnes suam Iurisdictionem in Rectorem & Magistros Vniuersitatis contulerunt hac conditione

vt inibi Summus Pontifex erigeret studium Generale , in quo omne ius institutionis , omnis iurisdictio & gubernandi potestas esset penes Rectorem & Magistros , iuxta formam erectionis Vniuersitatis & Facultatis Theologicæ , in qua inter cætera hæc ordinantur .

Primò , vt omnium & singulorum causarum , & negotiorum cognitio atque decisio Doctorum , Magistrorum , Scholætium , membrorum atque seruitorum eorumdem , siue Cletici siue Laici fuerint , & etiam de quibuscumque criminibus & excessibus correctio & punitio , ac omnimoda super illis iurisdictio ad Rectorem studij in eodem Oppido pertineat .

Secundò , vt singuli qui cursu fœliciter consummato docendi licentiam ac Doctoratus , siue Magisterij honorem petierint elargiri , per ipsorum inibi Doctores siue Magistros , Præposito , si illic præsens fuerit , alioquin Decanø , siue aliis ab eis deputandis , præsententur , vt ab illis , si seruatis consuetudine & modis super talibus in dictis studiis Generalibus (Colonensi , Viennensi , Lipsiensi , Patavieni , Merseburgensi) obseruari solitis ad hoc extite-

rint idonei, sufficientesque reperti, Licen-
tiam & honorem sortiantur & reportent
ante dictos.

Si debent omnes graduandi Cancella-
rio præsentari à suis inibi Doctoribus seu
Magistris, oportet ergo ut ipsi illi Magi-
stri facultatis fuerint sui, id est proprij pro-
mouendorum Magistri, quoq; vt loquitur
Canon primus 12. quæst. i. scholares tan-
quam magistros disciplinæ & testes vitæ
haberi possint in ipsa præsentatione ad
gradus, non ergo possunt iuxta hanc ere-
ctionis formam alij præsentari Cancella-
rio, nisi quos ipsi Doctores Facultatis eru-
dierint tanquam ordinarios suæ eruditio-
nis discipulos.

Si non possunt ad gradus promoueri
nisi qui seruauerint cōsuetudinem & mo-
dos super talibus in dictis studiis Genera-
libus obseruari solitos, non ergo possunt
promoueri qui tantum visitauerint le-
ctiones Societatis: qui neque tempore
erectionis, neque haec tenus solitum fuit vt
ad gradus Academicos promouerentur,
qui audi; sui cursum absoluissent in priua-
tis Regularium scholis.

Si denique omnis authoritas studij de-

bet esse penes Rectorem & Vniuersitatem, non poterit ullus sibi arrogare ius instituendi seu erudiendi discipulos in ordine ad gradus, nisi fuerint de gremio ipsius Vniuersitatis, & iuxta leges à Rectore & Vniuersitate latae de consensu Facultatum fuerint ad eam functionem admissi; prout ab initio statutis Vniuersitatis cautum fuit, omnesque alij ab hoc iure erudiendæ iuuentutis in ordine ad gradus exclusi.

Cum ergo Pontifex illa sui contractus lege non minus obligetur ad prædictam studij formam conseruandam, quam illi cum quibus contraxit ad suam iurisdictionem Vniuersitati relinquendam, non potest citra evidentem & publicam necessitatem validè à contractu resilire, aut illi contrauenire, multo minus censeri debet id voluisse quod iustitiae ac honestatis legibus repugnat, & pacto cum SS. Brabantia Ducibus inito.

Si enim iuri patronatus Laicorum à Summo Pontifice derogatum non censetur, nisi id fuerit litteris expresum, quantumuis in iis dictum fuerit, ad cuiuscunque collationem seu præsentationem be-

a neficium pertineat, & multo minus contractui cum Duce Brabantiae inito censeti potest derogasse verbis genetalibus.

Couart. pract. qu. cap. 36. n. 1. & 2. ac pas- sim per to- rum. b Probatur 2. Tota istius bullæ dispositio generalis est, Societatiq[ue] ius docendi tribuit in quibusuis suis Collegiis, etiam in locis vbi Vniuersitates existunt, nulla Louaniensis facta speciali mentione. Hinc ergo Societas generale quidem Priuilegium suum esse colliget, sed quod generalitate sua Louaniensem speciali dotatam Priuilegio non comprehendat. Etenim

b Bald. & Ri. pain cap. 1. n. 48. de re- script. ibid. Feln. De- cius in l. in toto iure. n. 8. de reg. iur. Gemini- nia. Cons. 30. incip. quoad pri- mū. Socin. sen. Cons. 209. vers. 2. quoniam lib. in confessio est Vniuersitatem hanc singu- lari iure habere Facultatem docendi, præ- sentandi, promouendi. Præterea ius Vni- uersitatis antiquius esse Priuilegio Socie- tatis. Antiquum ergo speciale Priuilegiū nouo generali non est antiquatum: b in cuius corroborationem non parum facit ipsa qualitas Vniuersitatis Facultatisque Theologicæ, vtique piam causam repræ- sentantis: cuius hoc ius est vt posterior nō succumbat cedatue priuilegio, speciali derogationis clausula destituto. c

c Romanus in l. si verò. 5. de Viro Probatur 3. Exequitio bullæ Pij V. iis est commissa quibus in Belgio nulla est iurisdictio nec vlla auctoritas extra Bra-

bantiæ fines euocandi , Pontifice vetante in 24. fall.
 ne quemquam vltra tres dietas euocent. ff. solut ma-
 trim Felin.
 Siue ergo exequitorum personas quis cō- in cap. nou-
 sideret , siue interdictam eis vltra tres die- nulli in 1.
 tas euocationem , neutrūm intuitu Vni- reg. dere-
 uersitatis Louaniensis stare potest : tum script. Gri-
 quia Priuilegia Brabantiae hanc euocatio- tus in cap.
 nem non admittunt , tum quia Vniuersi- 1. num. 18. de
 tas Louaniensis longius quam tribus die- constit. in
 tis ab executorum sedibus distet.

Probatur 4. ista forma erectionis Vni-
 uersitatis Louaniensis huiusque Priuilegij
 in ea descripti iam à ducentis penè annis
 stetit, haec tenusque stat , vt nemo potuerit
 aut possit Louanij docere in ordine ad
 gradus sine consensu & authoritate Vni-
 uersitatis , prout deducatum est in scripto
 informatorio , & per testes aliaque docu-
 menta , in hac causa probatum. Temporis
 autem & usus immemorialis ea vis est vt
 nulla lege aut statuto , quantumcumque
 verbis generalibus concepto, excludatur:
 & nihil ergo iuris ex illa generali bulla ha-
 bere potest Societas in iura & priuilegia
 Vniuersitatis Louaniensis tam longi tem-
 poris præsidio munita , aut in statuta tam
 longo tempore vim legis & priuilegij

Text. iuxta
 gloss. in no-
 uell. ss. vt
 de cætero
 commun.
 Eccles. rer.

in verb. præ-
script. & ibi
Angel. Fe-
lin. in rub.
de præscrip-
tum. 18.
Schurffius
consil. 72.
centuria 1.

consecuta. Nulla enim bullæ assistit spē-
cialis derogatio : nunquam autem ea mēs
est Pontificis ut suo generali Priuilegio
statuta Reipublicæ , Ciuitatis , aut Uni-
uersitatis , vel in minima parte velit esse
diminuta. ⁊

a
Cap. i. de
constit. in
6. c. si pro-
pter tua. de
rescript. in
6. Innoc. in
cap. venies.
de præscri.

CAPUT SECUNDUM.

*Nullo Ducum Brabantie Placeto Societati
permisum esse ut docere posset Theolo-
giam in ordine ad gradus.*

P R I V I L E G I A Apostolica , more ac
instituto Belgico , obreptitia & sub-
reptitia censentur , nisi ea Principis place-
tum admiserit . Vnde etiam Societas ex-
tractum quoddam in hac causa exhibuit
prætensi cuiusdam placeti de Anno 1584.

Id verò Vniuersitas partim subrepti-
tium existimat legitimisque solemnitati-
bus destitutum , partim Societati expref-
sè negare illum usum Priuilegii , quem
prætendit . Placetum enim quod in Bra-
bantia valeat , in eaque executioni man-
dari possit , in Concilio siue Cancellaria
Brabantiae expeditum sigillatumque esse
debet ,

17

debet, non potest autem Vniuersitas sibi
persuadere quod in Concilio Brabantiae
expeditum sit istud prætensem placetum;
aut Regis Catholici vel eius in Belgio Gu-
bernatoris mandato signatum.

Hinc ergo solemnitatis defectum SS.
Principibus censendum relinquit.

Sed ut authenticum esset placetum
quod Societas producit, illum tamē usum
docendi *in ordine ad gradus omnino*; So-
cietati negaret.

Etenim sub aduersariis loquendi for-
ma ipsis quidem Religiosis Societatis co-
cedit ut citra frequentationem Scholarum
Facultatis admitti debeant ad gradus
dummodo per examen idonei reperiatur:
de cæteris vero Societatis auditoribus ita
statuit: *Et quant aux autres auditeurs des-
sits de la Société par eux instituez en l'une
ou en l'autre d'icelles Facultez, & ayant
faict les dispuṭes & autres exercices accou-
stumez, & estant trouuez idoines & qua-
lifiez, ils deuront estre semblablement ad-
mis ausdis degrez; en payant les droiēts ac-
coustumez, &c. ubi verba, & autres exer-
cices accoustumez, comprehendunt omnia
omnino exercitia scholastica statutis Fa-*

cultatis expressa, vsu recepta, & à disputationibus distincta, siue potiora sint expressis, siue minus præcipua: perinde ac dum vinum amphorarium, aminæum, græcum, & dulcia omnia legantur, nomine dulcium veniunt omnia quæ in genere potionis inferiora aut excellentiora sint expressis.

^a Frequentationes autem lectio-
nium inter scholaſtica exercititia cense-
ri, tum per ſe euidentis eſt, tum ex bulla Pij
V. quam iſtud placetum respicit, & in qua
ſic habetur: Quibuscumque Scholaſticis
liceat in huiusmodi Collegiis lectiones &
alias Scholaſticas exercitationes frequen-
tare. Cūm ergo illæ Statutis Facultatis
præscriptæ ſint graduandis, omnino sub
nomine conſuetorum exercitiorum com-
prehenduntur.

Id quod vltierius probatur primò ex illis
verbis, & pour ne faire aucun notable preju-
dice, &c. Quibus præfatur is qui placetum
edidit, nolle ſe vt Vniuersitates Belgicæ
vllum notabile præiudicium accipient ex
Bulla Pij V. aut hoc ipſo Placeto. Poſte-
riora ergo verba ſic interpretanda ſunt,
vt licet exiguum aliquod præiudicium ac-
ceperit Vniuersitas, ex eo quod Religiosi

I. qui vinū.
§. cūm dul-
cia ff de-
tritico, vi-
no, vēl oleo
legato.

Societatis citra auditionem lectionum Facultatis, admitti debeant ad gradus, nullum tamen aliud notabile acceperit. Accepte perit autem præiudicium maximè notabile, nisi nomine consuetorum exercitorum comprehendantur frequentationes lectionum Facultatis.

Nec enim discipuli tantum illius Collegij quod Louanijs habet Societas, sed omnes omnium cæterorum Collegiorum quotquot intra & extra Belgium habet Societas admitti debebunt ad gradus, quando cursu Theologico vbiuis absolu-
to disputauerint in scholis Facultatis, & per examen reperti fuerint idonei.

Quod cum præsentissimam *omnium Vniuersitatum ruinam* contineat, Ciuitatisque Louaniensis extremam desolati-
onem; verba ista, *aultres exercices*, eo sensu
accienda sunt qui incommodeum istud
excludat, quod nullo alio diplomatis ver-
bo excluditur: isto autem sic intellecto
excludetur, quia tenebuntur omnes gra-
duandi lectiones Vniuersitatis frequen-
tare.

Probatur secundò, præter lectionum
frequentationes nulla sunt alia exercitia

scholaſtica à diſputationib⁹ diſtincta & ſtatutis Facultatis expreſſa. Aut ergo illæ nomine cæterorum conſuetorum exercitiorum intelliguntur, aut nihil illo nomine comprehenditur. Examen enim gra- duandorum non eſt exercitatio qua quis erudiatur, ſed eruditio niſi iam ante acquiſitæ experimentum.

Probatur tertio, Rex Catholicus à quo Placetum hoc emanasse dicitur, in nulla Hispaniæ Vniuersitate talem priuilegij uſum Societati permifit: igitur nec in Bel-gio illum confeſſiſſe existimandus eſt. Eo magis quod decennio poſt editum hoc Placetum, iuſtituerit & dotauerit duas lec-tiones Scholaſticas Diui Thomæ hac cō-ditione, vt eas audire teneantur omnes graduandi. Id quod huic ipſius Placeto di-rectè repugnaret, adeoquè inconstantiam eius redargueret, ſi nomine conſuetorum exercitiorum non intelligantur lectiones Facultatis: Optimè autem cum eo conſentient, ſi illæ hoc nomine comprehen-dantur. Ita enim tenebuntur etiam Societatis Auditores ſi ad gradum aspirauerint has lectiones frequentare, vii comprehenſas nomine conſuetorum exerci-

tiorum; citra quas alioqui ex vi huius placeti ad gradus admitti deberent: vnde idem Rex Catholicus inter cæteras leges Seminarij sui quod Louanij instituit, lege 19. ordinavit suis Alumnis: Audient ad vnum omnes exceptis Licentiatis Theologiae lectiones regias in Diuum Thomam, quæ fiunt in scholis Theologorum mane hora septima vel octaua, & hora secunda pomeridiana, & lectionem regiam sacræ scripturæ, quæ fit hora decima ante meridiem.

Probatur quartò, Duces Brabantiae in læto introitu solemniter promiserunt seruatuos se leges, consuetudines, statuta, priuilegia, iura cuiusque Ciuitatis, & quorumcumque subditorum: eamque promissionem iuramento firmarunt. Cùm ergò Vniuersitas Louaniensis notabile sit Brabantie membrum, à SS. Brabantiae Ducibus summa cura præcipuoque affetu defensum, incredibile est Regem Catholicum in hoc subscriptissime, ut principale ipsius priuilegium omnes graduandos instituendi ei pro parte adimeretur, & in Societatem transferretur. Quando præfertim istud priuilegium non modò sit ip-

sius Vniuersitatis, sed & Ciuitatis Louaniensis, quæ cessione omnis iurisdictionis quasi pretio hanc vniuersitatis erectionem emit, cuiusq; plurimum interest ne in Societatis Collegia ius Academicum transferatur, vt & ipsa non minus quam Vniuersitas SS. Principum fidem, paternumque afferum protestetur ne id fiat.

Probatur quintò, Illi quos sua Catholica Maiestas consuluit super Placeto Societatis dando, omnino iudicauerunt Societati non amplius concedendum esse quam cæteris Ordinibus mendicantibus, signanter Concilium Brabantiae, quod rationes Vniuersitatis contra huius prætensi priuilegij usum allatas omnino prægnantes & urgentes sibi videri rescripsit, ut patet ex litteris ipsius Concilij in hac causa exhibitis & signatis.

Probatur sextò, Societas totis triginta quatuor annis ab hoc edito placeto nullo verbo Facultati Theologicæ hoc Placeatum inserviavit: existimauit ergo negatum sibi esse quod in hac parte prætendebat: è contra Facultas Theologica suis statutis inhærens solemniter anno sequent quo studia per turbas intermissa resum

psit, inter cætera publicauit, neminem ad gradus admittendum, nisi qui scholas Facultatis ipsius iuxta statuta frequentasset. Certo ergo sibi persuasit nihil tale Societati concessum fuisse, prout adhuc sibi persuadet. Quis enim credat aut Societatem ad tam solemnem contradictionem tacituram fuisse, aut Facultatem tam solemniter contradiceturam fuisse.

CAPUT TERTIVM.

Societatem nunquam fuisse in quasi possessione iuris docendi Theologiam in ordine ad gradus.

PRO huius tituli elucidatione non abs re fuérit explicare vnicum modum quo nanciscipotuit Societas possessionem priuilegij, vt illo detecto pateat illam etiamnum commodo possessionis non insistere.

Aliter acquiritur possessio rei corporalis; aliter rei incorporalis: prior corpore & animo, a etiam ignorantе Domino, b posterior nonnisi sciente eo contra

a. posside-
ri autem s.
ff. de acq.
vel admitt.
possess.

b
l. vlt. in
fi. C. de
præscript.
longitemp.

a quem acquiritur, a non corpore sed magis animo, nam vt ait Lucretius,

b Tangere enim & tangi, nisi corpus nulla
merit. ff si potest res.

c Incorporales res sunt iura, priuilegia,
seruitutes quæ animo tantum concipiuntur, ideoque dicuntur non possideri. b At

d sequitur. §. si viam. ff. enim è ventum utilitatis causa ut harum de seruit. l. rerum quæ incorporales sunt, vsus habeantur pro possessione, dicunturque hæ res seruit. vrb. quasi possideri. c

e præd.

f Ut autem quis in hac quasi possessione iurium siue Priuilegij vergentis in grauamen alterius constituantur, duo sunt necessaria ex similitudine aliorum iurium siue seruitutum; vnum ex parte acquirentis; alterum ex parte eius contra quem acquisitur. Ex parte acquirentis requiritur ut vsus sit Priuilegio tanquam suo siue iure Priuilegij: d nam non utendo iure tanquam suo nunquam eius vlla possessio acquiri potest, ne quidem per tempus quod hominum memoriam excedat, quia animus quasi possidendi absit. e

g 1. qui iure. Quare Societas necessum habet probare non tantum se usam Priuilegio sed
ff. de acqui. posse. paul. de Castro in etiam iure Priuilegij, idque per huiusmo-

di temporales & congruos actus qui non d. l. fin. ff.
nisi ab eo cui competit Priuilegium pos- quemad.
sint exerceri. a fer. amit.
Corasius in

l. 4. n. 37. ff.
de seruit.

a

Quin verò non alia actus Societatis es-
se potuerunt quam Priuilegij insinuatio
& testimoniorum datio , quæ auditori-
bus ipsius ad examen & promotionem
admittendis conduceret.

Ex parte eius contra quem Priuile-
gium acquiritur , ad acquirendam quasi
possessionem iuris aut Priuilegij necessa-
ria est scientia & patientia , b vel pro na-
tura iuris aut Priuilegij tale factum alte-
rius ex scientia Priuilegij & voluntate ei-
parendi sine quo inchoari possessio ne-
queat. Quod euenit in nullis iuribus quo-
rum ea natura est ut aliis teneatur ali-
quid facere , velut viridaria tollere , amœ-
niorem prospectum præstare , &c. Hæc
iura seruitutis non sunt , quia seruitus in
eo consistit solum ut aliis non faciat ; non
autem ut faciat aliquid : c ex iurium ta-
men personalium numero sunt. d Ad ho-
rum iurium possessionem facto alieno
temper opus. Simile quid contingit in
acquirenda quasi possessione vesusfructus ,
qui vel pacto constituitur , vel testamento Iacob. Cu-

Innoc in q.
bonæ de
postul. Pra-
lat. Corasi
d.loco nu.

39 Bald. in
l. 2 nu. 10.

C.de seruit.
& aqu. Pa-
nor. in cap.
cum Eccles.

3. n. 22. de
caus. posses.
& propr.

b text. in l.
quoties. 2.

ff. de seruit.

1. 1. §. si. ff.
de seruit.

rust. præd. l.

2. C. de ser-
uit. & aqu. l.

si à te. ff si
seruit. vind.

c 1. quoties

vlt. s. serui.
ff. de seruit.

d

Iacob. Cu-

ia. add. l.
quoties. §.
seru. t. in
posthumo
opere.

^a
l. 3. §. dare.
ff. de vsu fru.

^b
l. seruus. 43.
§. i. ff. de
acq. rer. do.

^c
in d. l. 3. §.
dare.

in re aliena legatur (aliud est in sua) fru-
ctuarius tamen sine alieno facto possessio-
nem non incipit; nempe citra introductio-
nem in fundum, patientiamque Domini
vti frui sinentis. ^a Duo hæc requiro, in-
ductionem & patientiam. Cum enim nec
ius vsusfructus, nec possessio sine tradi-
tione acquiratur, veraque traditio non ca-
dat in iura incorporea; ^b debet aliquid
adesse quod veræ traditionis vicem sup-
pleat. Id efficit induction & patientia, in-
duction magis traditionem refert, quæ ve-
rò fuerit mens inducentis declarat patien-
tia. Sola induction, sola quoque patientia
traditionem non plenè effingit, acceden-
te patientia ad inductionem res plena est
& clara. Et eam reor esse rationem quare
Iurisconsultus Gaius illa duo coniungat,
^c cum hæres per damnationem iussus est
dare vsuumfructum, quem tunc demum
dari intelligit I C. si hæres induxit in
fundum legatarium, eumue patiatur ut
frui. Non idem iuris olim erat, nec ho-
die est vsufructu pet vindicationem lega-
to: quia ipso iure legatario acquirebatur.
Et ad istas diuersas legandi species nimis
attente aduertendo Duarenus non re-

Etiam tradidit IC. Gai interpretationem,
et atque in hoc puto ysumfructum ab ur-
banis rusticis seruitutibus separandum: sed

Duaren. in
l. possideri.
i. in punct.

hic tractatus non est praesentis instituti.

Priuilegium quod ex Bulla Pij V. pre-
tendit Societas ex eorum numero est Duaren. in
quæ requirunt factum alienum , nempe velamitt.
Facultatis seu Vniuersitatis recipientis te- l. verl. unde
stimonia Professorum Societatis data au- quæritur. et
ditoribus super lectionibus frequentatis de acquir.
velut idonea in ordine ad examen & pro- possit.
motionem , ac deinde eosdem Societatis
audatores per examen idoneos repertos
ad gradus admittentis , ipso iure seu in-
tuitu priuilegij quod Societas habeat : pri-
uilegium enim in punto de quo quæritur
expressum est his verbis : *Et cursuum quos*
in Collegiis prædictis confecerint ratio habe-
tur, non minus, sed pariformiter, & absque
ulla penitus differentia, quam si in Vniuer-
sitatibus præfatis studiissent.

Vbi cursuum Societatis rationem ha-
bere non spectat ad Societatis factum , vt
per se clarum est , sed ad factum ipsarum
Facultatum penes quas est ius examinan-
di graduandos & ad gradus admittendi,
duoque ista quæ diximus importat , quia

duo illa sunt per quæ Facultates dicuntur
habere rationem cursuum quos studiosi
in Vniuersitatibus confecerint,

Ex his efficitur non potuisse Societatem huius, prætensi sui Priuilegij quasi possessionem orditi, nisi iunctim tum ex parte Societatis tum ex parte Vniuersitatis Louaniensis iam dicti actus fuerint exerciti. Si ergo Facultas ad examen & promotionem Auditores à Societate tantum doctos admisisset, ipsa tamen Societas nullum ynciam suum Priuilegium insinuasset, testimoniae auditarum lectio- num dedisset, nullam inchoare potuisset quasi possessionem, quia non existeret animus volentis acquirere: vt enim sine animo quasi possessio non inchoatur, a ita sine actibus animus pro non animo est.

^a Bald. in l. 2.
^a au. 10. C de feruit. & aq. ^b Si è contra Societas ex parte sua hæc Schneide vious ad in. præstitisset, Facultas tamen testimonia stit, titul de Professorum Societatis non admisisset, interd §. possidere. neque ipsius Auditores ad gradus promolum 125. uisset, nulla quoque inchoari potuisset

^b I. reprehend. C. de instit. & sub. tit. quasi possessio huius Priuilegij, quia defuissest patientia ipsius grauati. Si ergo ostensum fuerit neque Societatem vlo eiusmodi suo actu ad hanc quasi possessio,

nem concurrisse , neque Louaniensem
Vniuersitatem: omni ex parte clarum erit
Societatem hactenus nunquam fuisse in
quasi possessione prætensi sui Priuilegij.
id verò quoad vtrumque ita probatur.

Et quidem Societatem neque Priuile-
gium hoc suum vnquam Facultati insi-
nuasse , neque testimonia auditorum le-
ctionum auditoribus suis vnquam dedis-
se, quorum iure se Facultati Theologicæ
fisterent examinando promouendosque
satis fatetur ipsa Societas hoc ipso quo nul-
libi allegat se id fecisse , multoque minus
id probare conata est , luculenter etiam
hoc idem constare putat per depositio-
nes testium à Facultate productorum su-
per 3. 4. 5. 6. 7. 8. articulis suis intendit.
Ex iis enim patet omnes graduatos doce-
re debuisse quod audiissent lectiones Fa-
cultatis , eos qui docere hoc non potue-
runt reiectos fuisse à gradu , neminem
existimasse quod lectiones Societatis mag-
is ad gradum conducerent quàm lec-
tiones Dominicanorum , Franciscano-
rum , &c. nullos studiosos ad gradus se
præsentasse & admisso esse ex ipsa lec-
tionum Societatis auditione , Faculta-

tem sæpius publicè & solemniter statutum suum de audiendis Facultatis lectionibus promulgasse. Quod si solita fuisset Societas suis auditoribus dare testimonia auditarum lectionum quibus se ad gradus præsentarent, omnino existimassent illi Societatis lectiones aliquid amplius ad gradus valere, quam lectiones cæterorum mendicantium, qui nunquam eiusmodi testimonia dederunt. Auditores etiam Societatis quando exhibitis testimoniis Societatis tantum à gradu repulsi fuissent, existimassent sibi ac Societati iniuriam fieri, de qua proinde questi fuissent apud Societatem, Societas apud Facultatem: multò magis iidem illi cum audiuisserent à Facultate promulgari Edicta contraria de audiendis tribus lectionibus Facultatis ad eandem Societatem id retulissent. Provincialis tamen in responsione ad articulum 26. scripti informatorij profitetur, neque Societatem unquam audiuisse quod aliquis quereretur se repulsum à gradu, neque conquestum esse apud Facultatem, aut superiores de impedimento.

Facultatem verò nunquam ullum ad

gradus admisisse intuitu lectionum apud
Societatem auditarum , quasi ad hoc
priuilegiatarum , pater ex iuramento ve-
ritatis quod obtulit de hoc suo factō in
fine sui Intendit, signati littera F. & iura-
mento calumniæ oblato coram Amplif-
fimo Domino Commissario van Ache-
len. 14. Febr. 1619. vt habetur in ver-
balibus & actis quotatis littera VV. Idem
satis liquet ex actis & statutis Faculta-
tis , testiumque depositionibus , quate-
nus ex iis appareat Vniuersitatem perpe-
tuo & constanter vrsisse statutum de tri-
bus lectionibus Facultatis audiendis con-
tra prætensum Societatis Priuilegium ,
adeoque repulisse à gradu eos quos de-
præhendit Societatis & non Facultatis le-
ctiones audiuisse : quomodo enim hoc
fecisset , si se existimasset vi Priuilegij
quod Societas prætendit obligari ad ad-
mittendos Societatis auditores ? Certè
non solum in Theologico studio sed in
omni etiam alia parte Priuilegium hoc
Pij V. ad se nihil pertinere existimauit ,
quando Societatem coëgit claudere scho-
las Philosophicas quas vi eiusdem præ-

tensi Priuilegij aperuerat ; quando ean-
dem Societatem impediuit ne Leodi-
scholas Philosophicas aperiret, quod si-
militer prætendebat sibi licere. Exi-
stimat proinde Vniuersitas adeo se no-
toriè illud priuilegium quod Societas
prætendit omni tempore exclusisse , vt
non possit in animum alicuius cadere
hæc suspicio , quod intuitu Priuilegij
quo se obligari crederet , vnquam vl-
lum ad gradus admiserit. Variis tamen
modis fieri potuit vt citra intuitum seu
respectum Priuilegij Societatis aliqui fue-
rint admissi ad gradus qui lectiones So-
cietatis & non plenè tres in hallis audiue-
rant , prout etiam hoc idem contingere
potuisset ; & fortasse contigit circa eos
qui alibi lectiones audiuerant vel aliunde
doctrinam hauserant.

Primò fieri potuit vt nonnulli Socie-
tatis Auditores per ementita testimonia
obrepserint ad gradus , sed id si factum
sit , factum est ignara fraudis Facultate.
Nulla hac in re cautio tam magna quæ
non possit interdum circumscribi , adeò
hic verum est illud Plauti.

Qui

Qui cauet ne decipiatur, vix cauet quem etiam
cauet,

Etiam cum cauisse ratus est, sèpè is cautor
captus est.

Secundò fieri potuit ut examinatores ex quadam fortè negligentia, connuentia, aut gratia testimonia auditarum lectionū non requisierint, aut eorum defectum ad Facultatem non retulerint, quantumuis statuta Facultatis sèpissimè renouata & solemniter in scholis publicata id omnino requirerent. Per quod proinde eorum factum nihil decesserit de iure Facultatis, aut illius quasi possessione, siquidem iura corpori ciuitatis aut Vniuersitati cuidam vniuersim data non mutant priuatim singulis, nec iuri publico priuatorum pactis derogatur. b Mittimus examinatores solum examinatis gratificari voluisse : ad alias ergo hic fauor à scopo non reflectitur, ne contingat agentis actum vltra eius intentionem operari, quod ius non admittit. c

Tertiò fieri potuit & existimamus aliquando factum fuisse, vt ipsa etiam Facultas in hoc statuto de audiendis tribus lectionibus cum quibusdam gratiosè dispensauerit, siue intuitu ipsarum persona-

Text. in c.

significati

c. si diligenc-

ti. §. fin. de

for. comp.

text. in c.

placuit ii.

q. i.

b

I. Ius publi-

cum. ff. de

pactis. Bel-

lon. cois. g.

hui. 13.

c

Text. in l.

non omnis

ff. de reb.

cred. si cert.

pet.

rum quæ id merebantur , siue aliis de causis , & eos qui non plene Facultatis lectio-nes audiuerant ad gradus præsentauerit, non deferendo Priuilegio Societatis (quod nunquā eam agnouisse supra deduximus,) sed vtendo iure suo quo ei permissum est tum in cæteris statutis , tum etiam in hoc, ex causa cum quibusdam dispensare.

Tandem in aperto est in hoc iudicio possessorio nullum Prætoris interdictum Societati opitulari ; non interdictum vti possidetis , quia non possedit vnquam;

^a 1. i. §. est
igitur. ff. vi.
possid.
^b l. i. §. hoc
interdictū.
& §. deiici-
tur ff. vnde
vi.
^c l. quoties. C
de rei vin. l.
siue autem.
§. si duobus
ff de pub. in
f. m act. c. si

a non etiam interdictum, vnde vi, quia vi perdidisse non potuit, quod nunquam ha-
buit ; b non denique interdictum ullum adipiscendæ possessionis , quia Facultas contrariæ ac vetustissimæ palam insistit, & Priuilegiis multo prioribus defendi-
tur , vt meritò Facultatis possidentis me-
lior esse debeat conditio, vtpote & titulo & possessione prioris. c

Ex his facile est respondere ad leues ali-
quot coniecturas quas pro vsu prætensi-
fui Priuilegij Societas produxit.

Prima : Est toti Louanio notum, pluri-
mos etiam præcipuæ notæ studiosos supe-
rioribus annis Societatis scholas Theolo-

gicas quotidie frequentasse, ita ut non potuerint in hallis tres à statuto præscriptas lectiones audire: incredibile verò est, hos omnes aut ad gradum non aspirasse, aut à gradu prohibitos fuisse, eo quod lectiones Societatis pro lectionibus Facultatis frequentassent, neque enim tam frequens semper fuisse Societatis auditorium.

Respondetur, Facultati non admodū curè fuisse ut sciret quā multi & cuius noctae studiosi Societatis scholas frequentarent, illud tamen semper ei curæ fuisse, ut nemo ad gradus admitteretur nisi iuxta statuta visitasset lectiones Facultatis. Ex eo autem quod allegat Societas auditorium suum frequens fuisse, non efficitur ut contraventum sit statuto, quia ex ijs solis qui ad gradum non aspirarunt frequentius auditorium colligi potuisset quam vñquam habuit Societas. Etenim ex quingentis aut sexcentis qui Louanijs studio Theologico solent incumbere plusquam medietas ad gradus non aspirat, siue quia nolint superiores, ut fere accidit in Regularibus, siue quia plerisque aliquid desit, magisterium scilicet in artibus, ingenio, facultates, &c. Societatis verò audit-

rium longè fuit infrà hunc numerum : & tamen potuisset ille adhuc augeri, saluō vsu statuti , per eos qui vltra tres Facultatis lectiones quartam aut etiam quintam in scholis Societatis audiuisserent. Qui ergo ex Societatis auditorio ad gradus admissi fuerunt, tres Facultatis lectiones iuxta statuta frequentarunt.

Secunda , Societas religiosa fide affirmare potest nunquam se audiuisse aliquē à gradu repulsum ob lectiones Societatis auditās & non in hallis: est autē impossibile hoc semper factum fuisse & Societati non innōtuisse.

Respondeatur, nullos quidem hoc nomine à gradu reiectos fuisse quod Societatis lectiones audiuisserent; plures tamen reiectos fuisse ex eo quod non frequentassent lectiones Facultatis constare poterit ex actis Facultatis & testium depositionibus : nihil ergo ad rem facit, siue Societas id inaudiuerit, siue non.

Tertia ratio , Societas de impedimento in vsu sui Priuilegij hactenus non est conquesta pro remedio ad supremam protestatē recurrēdo: quod certo argumento est eam non fuisse ab vsu eius impedi-

nam si quam difficultatē fuisse olim
passa , eam nullo negotio superasset quando Regis & Concilij authoritate in professione Philosophiae fuit stabilita obliterante Vniuersitate.

Respondetur , argumentum istud nihil concludere , quia potuit Societas ideo non fuisse conquesta quod desperaret se per querelam posse remedium obtainere : falsum enim est eam stabilitam fuisse in professione Philosophiae obliterante Vniuersitate , cum è contra ipso facto notoriū sit quod Philosophicas scholas clauserit iussu Clementis VIII . qui Generali excommunicationem intentauerat nisi curaret ut Religiosi Societatis ab ysu praetensi Priuilegij desisterent . Si ergo non potuit Societas hunc usum Priuilegij obtainere quoad scholas Philosophicas , multo minus eū sperare poterat quoad Theologicas .

Itaque pro contrario Facultatis ysu certius ita licebit argumentari , Facultas apud Clementem Octauum non est conquesta de impedimento Priuilegij sui & statuti per Societatem injecto quoad lectiones Theologicas , neque remedium contra illas

lud petiit, igitur Societas eo tempore ne
prætendebat quidem usum sui Priuilegij
quoad Theologiam: eodem enim illo re-
medio interminata excommunicationis
et que obtinuissest a Clemente ut desisteret
a docenda Theologia in ordine ad gradus,
atq; ut desisteret a docenda Philosophia.

Quarta, Vniuersitas ipsa articulo 27.
& 29. informationis diserte fatetur se So-
cietatem non quam positiue in usu sui Pri-
uilegij impediuisse, ergo neminem a gra-
du exclusit qui lectiones Societatis audi-
uerat: nam ille est unicus modus quo Pri-
uilegium de quo agitur, positiue impediri
posset. Si nemo est a gradu repulsus, ergo
Societas fuit in usu sui Priuilegij, & non
Vniuersitas in usu sui statuti, qualiscun-
que: nec ad hoc requiritur ut Societas
aliquid attentauerit: duo si quidem ad
usum huius Priuilegij sunt necessaria, sci-
licet, docere & admittere ad gradum,
prius præstithit Societas, posterius Vniuer-
sitas. Is qui habet Priuilegium inuehendi
merces prohibitas, ant imunitatis a ve-
ctigalibus, eo ipso quo merces non exclu-
duntur ab Officiariis aut non confisan-
tur, & quo nihil ab illo exigitur a redempto-

ribus vēctigaliū, vtitur suo Priuilegio, nec debet quidquam vlerius attentare.

Respondetur ad prius, Vniuersitatem actu quidem positiuo & gradu exclusisse auditores Societatis qui non frequentas- sent lectiones Facultatis; tamen dici non impediuisse positiuè Societatē in vſu Priuilegij sui propriè loquēdo: quia ad hoc sa- tis non fuit, quod Facultas positiuè fece- rit contraria contentis in Priuilegio, sed etiam requirebatur quod Societas aliquā- do prius, apud Facultatem reproduxisset suum Priuilegium, & eius vſum postulas- set, aut pro eo institisset, quæ nec Socie- tas, nec quisquam ex Auditoribus eius vn- quam præsttit. Eâ igitur de causa, Facul- tas nunquam positiuè dicitur impediuisse Societatem in prætensi Priuilegij vſu, quia ipsa pro eo apud Facultatem nunquam in- stitit, non quod Facultas non fecerit actus alioquin contrarios, quos fecit plu- rimos.

Ad posterius, patet ex dictis responsio, nempe ad hoc vt Societas sit in vſu docen- di Theologiam in ordine ad gradus, re- quirialiquos actus ex parte ipsius, nempe vt insinuauerit priuilegium, & testimonia

perhibuerit suis auditoribus pro re nata, alios ex parte ipsius Facultatis, nempe ut ex scientia priuilegij & in vim eius aliquos admiserit ad gradus. Illos vero actus Societatem, hos Facultatem nunquam praestitisse, iam ante deduximus. Non ergo sufficit ad usum prætensi priuilegij quod Societas quomodocumque docuerit, & Facultas quomodocumque admiserit, ut ibidem est deductum.

Exemplum ab usu priuilegij aduehendi merces prohibitas & immunitatis a vestigalibus, manifesta laborat falsitate: Nam præter advectionem mercium, & non exactionem vestigalium, requiritur scientia priuilegij, & patientia redemptorum, qui intuitu priuilegij nihil exigant, siue ut inter aduehentem & redemptores, totum

^a
text. in l. vi.
ff. quemad.
setuit. ami.
gloss. in l.
qui. ff. de
seruit. urba-
nor. præd.
gloss. in l. i.
C de seruit.
& aq. & ibi
Ioā Faber,
sald. & allij.
negotiū iure priuilegij peragatur. a Alias enim qui per celerationem vestigalia euitarent, essent quoque in usu immunitatis, quod est absurdū. Iam vero ostensum est, nihil in admissione ad gradus unquam a Facultate actum fuisse ex scientia aut intuitu priuilegij quod Societas prætendit.

Quintum argumentum obtendit So-

cietas ex testium depositionibus, quibus
Facultas opponit depositiones suorum
testium, & ea quæ de modo & forma quasi
possessionis incipiendæ ante deduxit.

C A P V T Q V A R T V M.

*Facultatem etiam post impetratum à Pio V.
Priuilegium hactenus perstittiſſe in con-
trario vſu prætensi priuilegiū, obſeruatio-
ne ſcilicet ſtatuti ſui, quo nullus ad gradus
admitti potest qui non audierit lectiones
ipſius Facultatis.*

EX ipſa erectione ius hoc Vniuersitati
Louaniensi natum eſſe, vt nullus in ea
ad gradus admitti poſſit, niſi quem Do-
ctores Facultatum tanquam proprij Ma-
gistri instituerint ſeu erudierint oſtentum
eſt primo capite in prima ratione, qua ibi-
dem probatum eſt Vniuersitatem Loua-
nienſem nominatim non comprehendendi
priuilegio Pij V. Hinc ergo Facultas
Theologica ſtatiſt ut Louanij erecta fuīt
inter cætera ſtatuit, ne ad gradus Theo-
logicos ullus admitteretur, niſi Facultatis

Teologicæ lectiones audiuisset, statutum, que hoc in omnibus suorum statutorum libris descriptum habet, vt patet per extracta quæ Amplissimi Domini Commissarij auctentizarunt, & sunt exhibita sub littera G.

^a
I. omnes
resp de cō-
fir. ff. auth.
habit ne fil.
pro patt. &
ibi notat.
Rebuff. de
priuile. scho-
lar. priuile.
158. vbi di-
cit quod
quælibet fa-
cultas & na-
tio habet
iurisdictio-
nem in cō-
cernentibus
factum fa-
cultatis seu
nationis.

^b
cap. super
quibusdam
26. §. præ-
terea. de
ver. oblig.

^c
I. hoc iure.
§. duct. aq:
ff. de aqu.
quotid. &
æsti.

Vt ergo de authoritate huius statuti dubitari non potest, siue spectetur propria Vniuersitatis Louaniensis erectio, siue ius commune, & quo omnibus collegiis legitimè institutis, authoritas competit ea statuendi quæ vtilia existimant ad finem quem sibi habent propositum: Ita neque dubitari potest de perpetuo huius statuti vsu, pro quo à subreptionibus & obreptionibus vindicando, plurimā successiū ordinavit facultas, vt patet ex ipsis actis per Amplissimos Dominos Commissarios extractis & quotatis littera H. & patebit vti confidimus ex testium depositionibus super 3. 4. 5. 6. 7. & 8. articulis Intendit, per facultatem exhibiti & signati littera F. qui tam longi temporis vius supra hominum memoriam, foret vice priuilegijs, b haberetur queloco tituli, c etiam si nullum priuilegium præcessisset.

Eundem usum certissime testantur que
Romanus Pontifex, Rex Catholicus, SS.
Principes pro illo decreuerunt. Hinc enim
Rex Catholicus illi statuto inhæres, scho-
lasticas lectiones quas dotauit, isto priuilegio
honorari voluit ut eas audire tene-
rentur omnes graduandi, nullum hac in
parte agnoscens Societatis priuilegium, ut
patet ex litteris ipsius nomine scriptis &
quotatis littera L. voluit etiam sui Semi-
narij alumnos huic statuto se accommo-
dare, ut 2. capite latius diximus.

Hinc Clemens VIII. eundem usum
confirmauit per expressum breve quo
mandauit inhiberi Societati ne aliter quam
de permissione Vniuersitatis, usum præ-
tensi sui priuilegij tentaret.

Hinc tandem Paulus V. & SS. Prin-
cipes in nupera visitatione hunc eundem
usum velut ad ea usque tempora receptum,
in posterum etiam obtinere voluerunt,
edito hac de re speciali articulo, ut patet
ex actis huius Visitationis exhibitis sub
littera M. Indubie ex informatione præ-
habita certum habentes quod statutum eius-
modi in se equissimum foret, illiusque usus
in ea usque tempora continuatus fuisset.

Hinc & Vniuersitas Societatem impe
diuit quo minus scholas Philosophica
Leodij iuxta prætensem priuilegium ape
tiret.

C A P V T Q V I N T V M.

Quod et si prætensem istud Societatis Priuilegium ab initio valuisse, exinde tamen euauisse per non usum Societatis, & contrarium usum Facultatis, ac nouissimam visitationis confirmationem à Paulo V. factam.

PRIVILEGIA amitti non vsu certissimum est, & sed omnia priuilegia non eiusdem conditionis nec eiusdem iuris sunt. Eorum autem hæc potissimum obseruanda est distinctio maximè quæ affirmatiua sunt & aliquid faciendum indulgent: alia enim ex his sunt quæ priuilegiario quippiam tribuunt, vnde redundat in alios onus aliquod: alia sunt absoluta non habentia respectum ad alios, necc quæ sint alicui oneri, sed soli priuilegiario favorebilia. Posterioris generis si nec à

^a
Innoc. Pa.
norm. De-
cius, Felin.
in cap. cum
accessissent
de constit.
Barth. in
l. Fallo. C.
de diuers.
rescrip. &
in l. i. ff. de
nundiosis.

iure concedente habeant aliquam legem
aut conditionem , nullo tempore peri-
muntur ; quia usus eorum dependet à
mera voluntate priuilegiarij , cuiusmodi
res perpetuae sunt , nec ullius temporis
præscriptioni obnoxiae . a

In prioris gene-
ris priuilegiis (quale & Societatis priuile-
gii est) duobus modis contingit quem Text. in l.
via pub.
ff. de via
publ.

ion uti priuilegio suo ; vel cum utendi non
occurrit occasio , qui modus dici possit
negatiuus : vel quando data occasione usus
mittitur . Vnde modum hunc non inepte
missuum appellaueris . Primus modus
priuilegio non opponitur , & ideo talis non
sus quantocumque tempore continue-
ur , non sufficit ad priuilegij amissionem , b
quia non inest illi aliquid indicium vo-
luntatis renunciandi priuilegio , cum non
rocedat à voluntate , sed ab alia causa ,
cicilicet oportunitatis carentia .

Alter non utendi modus , omissionis
cicilicet habet aliquid voluntatis indicium
enunciandi priuilegio , quia quod quis
tempore oportuno non vtitur iure suo ,
agit pro suo arbitrio , non alia coactus
ausa : quocirca procluior præsumptio
sic esse potest tacite renunciationis , quæ

Text. in l.
in filiis C.
de decur.

vbi gloss. &
Barth. Pa-
norm. in
cap. ut pri-
uil. de pri-
uil. Decius

in cap. cum
access. nu.

17. de con-
stit. Me-

noch. in
schol. Bart.

in d. l. in
filij.

a
 Decius in
 d. cap. cum
 accessissent
 n. 17. vers.
 2. prædicta
 Menoch.
 de præf. l. 6.
 præf. 41. n.
 16. Franc.
 Suar. tract.
 deleg. lib. 8
 c. 34. n. 5. &
 6.

b
 l. 1. ff. de
 nund. vbi
 Barth. Iasō
 in l. fals.
 C. de diuer.
 tescrip. Pa-
 nor. Felin.
 & alij in d.
 c. cum ac-
 cessissent.

c
 l. sicut usum
 fruct. 13. c.
 de seruit. &
 aqu.

legitimi temporis accessione corroborata
 priuilegium tollit. a

Quanti verò temporis non usus esse
 debet ut eo priuilegium euanescat, non
 longa est indagatio, si communi Inter-
 pretum nostrorum sententiæ acquiesca-
 mus, decennium tollendo priuilegio par-
 erit. Quo solet adferri quod à Modestino
 I C. traditum est, nempe nundinis impe-
 tratis à Principe non vtendo qui meruit
 decennij tempore usum amittere, b aliis
 inter præsentes & viginti inter absentes
 priuilegium amitti oportere, exemplo
 ususfructus & cæterarum seruitutum. c

Nunc ista breuiter instituto nostro con-
 signemus. Societas priuilegium obtendit,
 non solum Vniuersitati graue, verum-
 etiam suumè damnosum : ab impetra-
 tione priuilegij 40. & plurium annorum
 curricula effluxerunt, ab' obtento Prin-
 cipis diplomate, 30. & plures annos nu-
 merabis elapsos, singulis propemodum
 diebus aliquis potuit esse usus priuilegij:
 Societas interea priuilegiis & statutis Fa-
 cultatis gnauiter obsecuta est. Confer mo-
 do hæc cū præmissis, & iudicato num ali-

qua ratione priuilegium suum Societas, si quod habuit, integrum seruauerit, & certè omne ius illi suum per tot annorum spatia periisse comperies.

Priuilegia quoque amitti contrario vsu, contrariaque possessione eius qui priuilegio grauatur, non minus ex iuris dispositione certum est. ^a Priuilegium igitur Societatis si quod fuisset, contraria possessione facultatis Theol. in hoc vsque tēpus per annos penē 50. stabilitā iamdudum omnīnd desijsset.

Huius verò longissimæ possessionis intollendo priuilegio vim vehementer auget nouissima Vniuersitatis visitatio: hanc enim Pontifex confirmando, iussit omnia Vniuersitatis decreta, ordinationes, priuilegia, & iura recipi, diligenter conseruari & obseruari nonobstantibus qui buscumque in contrarium facientibus: Legem proinde de tribus lectionibus audiendis fixam perpetuāmque voluit. Huic voluntati, decreto & imperio non parebitur, lex ista fixa non erit, sed palam refigetur, si Societatis priuilegium obtineat. Clarius non potuit Pontifex præiudicare priuilegio Societatis (si tamen aliquod

^a
l. hæc autē
ff. de seruit.

verb. præd.

text. in cap.

significātē.

de appellat.

Iatōn in l.

quo minus

ff. de flumi.

n. 27. Cy-

nus & Bald.

in l. 1. Cœd.

de seruit. &

agu. Couar.

in cap. pos-

seffor. 2.

parte §. 4.

n. 6. vcrf.

quéobrem.

de regulis

Iuris. in 6.

fuit contra Facultatem) quādum de-

^a
Rip. in c. I.
nu. 48. de
rescrip. An-
chor. conf.
76. Decius
in toto iure
nu. 20. de
reg. iur. &
in d. cap. I.
nu. 12. de
relecrip.
Menoch.
de presūp.
lib. 6. præ-
sump. 40.
nu. 7.

quælibet amolitur obstacula. Specialis est ista confirmatio, cui generale Societatis ius cedat oportet; a generi namque per speciem derogatur, ac illud potissimum habetur quod ad speciem decretum est. ^b Et ne qua supereret du-

bietas expresse quædam Pontifex ex-
cepit, quorum potior esset causa, sci-
licet sacros Canones, Concilium Tri-
dentinum & Apostolicas leges siue con-
stitutiones. Quapropter Societatis pri-
legio non potest Louanij esse locus, ex-
ceptione nimirum firmante regulam in
casibus non exceptis. ^c

^{3.}

^c
1. nā quod
liquidō. §.
fin. resp.
ff. de peu.
leg. l. quæ-
sitionum. §.
denique in
fine & ibi
Barth. ff.
de fid. in-
stru.

tatis defensio, quæ siue petitorum si-
ue possessorum iudicium spectetur, adeo
est manifesta, vt nullus de iure Vniuer-
sitatis ambigendi locus relinquatur: Bul-
la etiā Pij V. non comprehendit Vniuer-
sitatem Louaniensem, adeoq; nihil eius pri-
uilegiis aut statutis derogat vt Clemens
VIII. noluerit Vniueritatē in suā pacificā
possessione turbari à Societate, prætextu
suorum

suorum priuilegiorum , quoad de illis
Sedes Apostolica petitoriè cognouisset,
& post eum Paulus Quintus Apostolico
diplomate confirmauerit nouissimam vi-
sitationem , eiusque omnes ordinationes
(interquas vna est de audiendis tribus
primarijs Facultatis Theologicæ lectio-
nibus ab omnibus qui ad gradus aspirant)
obseruari mandauerit. Rex Catholicus
duas ex his primarijs lectionibus dota-
uerit, eâ conditione adiecit, ut Faculta^s
pro iure suo has in earum numero esse
decerneret , quas omnes graduandi au-
dire tenerentur, vt patet ex literis signa-
tis littera L. Serenissimi tandem Princi-
pes proprio diplomate hoc idem statutis
Vniuersitatis inferuerint.

Nulla igitur ratio est , cur tam solemnia
summorum Pontificum, Regis Catholicⁱ
& SS. Principum edicta ac regulamenta
innouentur, eaque innouatione quasi im-
prudentiæ arguantur, aut Vniuersitas suæ
possessione deturbetur , antequam de ip-
sius & Societatis Priuilegijs Apostolicæ
Sedes cognouerit:

Extractum ex Statutis Seminarij Serenissimorum Belgij Principum, Louanijs fundati, quorum est tale præmium,

Statuta ex quorum præscripto eos qui in Seminario Catholici Hispaniarum Regis & Belgarum Principis admitti cipiunt, vitam instituere, & mores compонere oportet.

Ad marginem autem habetur,

Lecta sunt secunda Octobris Anno Millesimo quingentesimo nonagesimo octauo.

Titulo de Lectionibus & Disputationibus habetur, lege decimanona,

Audient ad vnum omnes, exceptis Licentiatis Theologiae, Lectiones Regias in diuum Thomam, quæ fiunt in scholis Theologorum, mane hora septima vel octava, & hora secunda pomeridiana, & Lectionem Regiam Sacræ Scripturæ quæ fit hora decima ante meridiem.

Lege vigesima eodem titulo sic habetur,

Intererunt omnes omnino Disputa-

tioni domesticæ, & quotidianæ Repetitioni, quæ sient ex Lectionibus D. Thomæ, & Conferentiæ quæ singulis Septimanis habebitur de Casibus conscientiæ. Intererunt etiam omnibus publicis Disputationibus quæ sient in publica schola Theologotum.

R A T I O N E S

*Ob quas, etiam ex consideratione Status, Societati concedendum non videtur, ut lectio-
nes eius Theologicæ valeant in ordine
ad gradus.*

ALMA Vniuersitas studij generalis oppidi Louaniensis, quia altero scripto satis ostensum existimat, neque ex priuilegio Pij Quinti, neque ex prætensa succedanea possessione, Societati ius quæsumum esse, ad hoc ut lectio-nes eius Theologicæ Louanij valere debeant *ad gradus*; isto vterius demonstrandum suscepit, multo minus ex intuitu *boni publici*, id ei

Tria ad hoc ordine proponit;
concedendum esse.

Nulla hinc sperari posse Ecclesiæ aut Reipub. commoda;

Plurima incommoda merito timet;
 Multa exstare decreta Summorum
 vtriusque Reip. Principum contra hunc
 Societatis conatum.

*Nulla ex huiusmodi concessione commo-
 da in Ecclesiam aut Remp. deriuanda esse.*

I. **L** L V D imprimit & passim inculcat
 Societas, quod Theologicum cur-
 sum quadriennio expediat, quem Fa-
 cultas septennio definiuit.

Breuem tamen istum cursum, graduandorum
 institutioni nullatenus accom-
 modatum esse, ante nos censuerunt, qui
 ducentis ferè annis Vniuersitatem rexe-
 runt, & nouennale studium ad licentiæ
 Theologicæ gradum exegertunt; quoad
 aucto sufficienter lectionum numero, iu-
 dicatum est illarum frequentia & metho-
 do biennij tempus compensari posse. Id
 quod celebrioribus Belgij Ecclesijs adeò
 placuit, vt ad sua Collegia neminem ad-
 mittant titulo Licentiæ Theologicæ, nisi
 post septennij studium delato. SS. quoque
 Principes idem hoc tempus Licentiandis

in nupera visitatione p̄efinierunt.

Et verò ea est scientiæ Theologicæ dignitas, & amplitudo, vt licet ijs qui minus ingenio valent, aut pro suo statu non opus habēt plena omnium eius partium instruzione, quadriennio imò etiam triennio cōpendiosè aut trūcatim tradi possit; graduandis tamen, qui ad potissima Ecclesiæ munia destinantur, adeoq; in omni Theologiæ parte accurate instituendi sunt, non minus quām septennio satis explicari pos- sit, atq; hoc tempus aptissima proportione respondet ætati, quā solent graduandi maturescere ad ea officia quæ huic sci- entiæ sunt proposita. Ferè enim 17. aut 18. ætatis anno ad Licentiam in artibus pro- mouentur; Sacerdotij autem capaces de- sum flunt anno 25. Commodissimè igi- tur inter utrumque hoc tempus, septen- nij iste cursus absolvitur; vt neque remo- ra graduandis iniiciatur ad Ecclesiæ mu- nia obeunda, neque ad otium dimittan- tur priusquam ad ea maturuerint. Bréuior autem iste quadriennij cursus, ordinem Theologici studij planè confunderet, cursimque & obiter instructos graduandos ante negotium ad otium dimitterer,

insufficientiæque & immaturitatis periculis exponeret.

2. Commendare solet Societas frumentum æmulationis inter Societatis & Facultatis professores excitandæ.

Verum magis fida certiorque officij magistra est virtus ipsa, cuius intuitu Professores Facultatis, cum laude hactenus munia sua obiuerunt: ut proinde nihil opus habeant adscititio isto & periculoſo stimulo, qui sola necessitate, uti venæ se-ctio, commendatur.

Neque verò deest eis honestæ & nihil periculosaæ æmulationis adminiculum, ex intuitu Professorum Duacensis Academiæ, quibuscum certatim Vniuersitatum suarum æstimationem Belgio commendare student: quem alter ille domesticus cum Societatis professoribus concursus citra ordinem ad gradum, non parum etiam exacxit; ille verò in ordine ad gradum, contentionum initia prout experientia docuit, ad grauiora magisque scandalosa disfidia proxinoueret.

3. Vrgent quidam graduandis liberum esse debere ut extra hallas audire possint rarum aliquem Professorem, si quis talis exsurgat.

Id verò semper eis licuit & licebit; vt scilicet tribus Facultatis lectionibus, quartam aut etiam quintam, si libuerit, adiungere possint. Parum tamen id consultum aestimamus, ob confusionem quam ferè parit contrariarum sententiarum mixtio; ob quam neque Societas id suis religiosis permitteret, neque ullus aliis Tyronibus prudenter consuluerit, vt legant scripta extranei Doctoris. Multo minus ordinaria lege graduandis permittendus est promiscuus lectionum delectus, cùm non satis ipsi discernat, aut professoris acumen, aut doctrinæ soliditatem: Consulto igitur SS. Principes, tres Facultatis primarias lectiones graduandis determinarunt.

4. Promittit Societas maiorem Theologorum frequentiam.

Sed ea neque Facultati nostræ, quæ numero certat cum famosissimis orbis Universitatibus, necessaria est; neque à Societate emendicanda, quando eam nostrorum Professorum diligentia & doctrina in dies auget; neque ullatenus ab ea speranda, siue quia non potuit Societas alibi, tantam frequentiam scholis suis Theologicis conciliare, quanta modo Louanijs vi-

situr, siue quia non est verisimile eam alijs suis scholis discipulos subtracturam, quo^s ad Louanienses destinet, sed Facultatis potius auditoriū ad suas scholas euocaturā.

5. Ad hanc causam fortè trahet iudicium Summi Pontificis, Regis, & Regni Franciæ, quoad Parisiensem Vniuersitatē.

Diploma Regis editum Parisijs Anno 1618. die 15. Februarij his verbis conceputum est. A ordonné & ordonne, que conformement aux dīctes lettres, du 20. d'Aoust 1610. iceux Peres Iesuites feront à l'aduenir lecture & leçons publiques, en toutes sortes de science & tout aultre exercice de leur profession au Collège de Clermōt, comme ils ont fait autrefois. Et infrà; A charge de se soubmettre aux loix & reglement de l'Uniuersité, ainsi qu'il sera ordonné par sa Majesté. Initio vero eiusdem diplomatis significat se hoc ordinasse, ad requisitionem Statuum Generalium, & propter interesse boni publici; quod in altero diplomate edito 20. Augusti 1610. specificat his verbis. Voyant que plusieurs habitas de nostre ville, enuoyent avec grande incommodité leurs enfans en autres lieux, ou lesdits Iesuites font lecture publique, & qu'il est plus utile pour nos subiects

que leurs enfans estudié^{ent} en nôstre bonne ville de Paris, ou toutes sortes des sciences & exercices honestes abondent, & le langage Fran^cois y est plus pur & poly qu'ailleurs, &c. Henricus verò quartus in suo Diplomate Anno 1603. addit etiam Clementem VIII. pro Societate intercessisse.

Ex his ista contra Societatem argumen-
ta eliciuntur.

Primum,

Rex Franciæ ne quidem restituisset Sô-
cietati Parisijs ius publicarum lectionum
(quantum ex verbis diplomatis apparet)
nisi hoc remedium discipulorum raritas
exegisset: Multò igitur minus SS. Princi-
pes ei concedent nouam præminentiam
Louanij, vbi frequentior modò est facul-
tas Theologica quàm vnquam ante, ac
augustissimis aliquot Collegijs recenter
aucta.

Secundum,

Rex Franciæ hoc tantum Parisijs Socie-
tati concessit, quod ante habuerat. Igitur
hoc exemplo SS. quoque Principes nihil
amplius concedé^t. Quare cum nunquam
ante hac Societas Louanij docuerit in or-
dine ad gradus, neque in posterum id ei
permittendum erit.

Tertium,

Societas Parisijs tenetur se conformare legibus Vniuersitatis, quas Rex probauerit. Debebunt ergo Societatis auditores Louanij se conformare illi SS. Principum statuto, quo graduandi iubentur audire tres primarias lectiones scholæ publicæ.

Quartum,

Rex Franciæ Societati concessit Parisijs scholas publicas ad petitionem Summi Pontificis, ad requisitionem Ordinum contra sententiam Parlamenti. Igitur SS. Princeps meritò negabunt Societati Louanij ius professionum Theologicarum in ordine ad gradus, ob inhibitio-
nem Clementis VIII. & oppositionem Ordinum Brabantiae.

6. Produxit Societas in hac caussa iudicium SS. Principum quo Societatis lectiones Duaci valent in ordine ad gradus.

Hinc tamen non boni publici, sed iuriis argumentum eliceretur, nisi ob staret illa iuris regula; Ne res inter alios acta alijs præiudicet. Licet enim multum inter utramque Vniuersitatem intersit; omnino tamen existimamus, numquam Societatem hoc Duaci obtenturam fuisse, si

possessionem suam per testes solenniter probasset, & boni publici rationes simul vrsisset Duacensis Vniuersitas. Cum ergo possessionem nostram clarè per testes, acta, & statuta, deduxerimus, non debet in præjudicium nostrum trahi sententia inter Societatem & Duacensem Vniuersitatem lata.

Quod si forsitan SS. Principes hanc prærogatiuam Duaci Societati concedendam iudicauerint, non inde tamen rectè inferas idem Louanij fieri debere. Salmantica Vniuersitas Hispanicarum Princeps iuri suo reliqua est; Parisiensis differtè excepta fuit omnibus diplomatibus Henrici quarti; nec eam exceptionem Ludouicus XIII. sustulisset, nisi infrequētia Scholarium huiusmodi remedium visa fuisset postulare. Louaniensis ergo Belgicarū Princeps numerosissima, florentissimaque, suo etiam iuri permittenda est, Societatiq; potius ad æmulationem proponenda : ne si Duacensem Vniuersitatem in suam potestatem redegerit, & hanc simul occupauerit, suo deinde (*quod multi presagiant*) corpore marcescat, totiusq; Belgicæ Ecclesiæ status (ut olim Be-

nedictinis operas remittentibus) vno mo-
mento ad extremū squalorem redigatur.

Sin maiorem conformitatis, inter
utramque Vniuersitatem, rationem ha-
bendam esse Serenissimi Principes cen-
suerint; æquius omnino erit, ut filia ma-
tri, quam mater filie conformetur; atque
intuitu matris filie restituatur sua male-
defensa possessio, quam, ut ob filie ne-
gligentiam, matri simuleriatur.

*Plurima incommoda ex huiusmodi con-
cessione merito timeri.*

I. **N**VNOVAM haetenus vidit orbis
Christianus quod lectiones Regu-
larium in scholis ipsorum Ordinum pro-
prijs, valuerint extraneis studiosis in or-
dine ad gradus: imo nunquam Regulares
pro huiusmodi priuilegio apud Summos
Pontifices institerunt. Parisijs *vetustissi-
ma Carolomanni lex* semper viguit, ut
scholæ in monasterijs non habeantur nisi
corum qui oblati sunt. *Hispaniarum Uni-
uersitates* eundem usum in hunc diem
constantissimè tenuerunt, & hoc præten-
sum Societatis priuilegium excluserunt.
NostraLouaniensis eodem scholæcum in-

stituto duobus ferè seculis floruit. Orbis ergo iudicium quām vnius Societatis hac in re, maioris faciendum est; exploratusq; tot s̄eculorum usus, securior & magis fidus censi debet, quām inexploratus euentus huius noui Societatis conatus.

2. Facultatum Academica Collegia vigorem floremque suum perennasse, Vniuersitatum quæ adhuc exstant, exempla testantur. Cūm enim præclarissimis & toto mundo ingenij ad ea semper aditus pateat; non possunt in ijs ingenia deficerre, quæ prædecessorum doctrinam æmula contentione perennent. De Societatis Collegijs , quantilla haberi potest experientia , nihil perinde stabile promittit. Notarunt multi immutatam ex nunc scholarum Societatis faciem, quoad disciplinæ seueritatem , quoad docendi methodum. Germanice Vniuersitates quas Societas suo hoc nouo modo regendas suscepit, Treuirensis , Moguntina , Mussy-pontana , &c. vigorem non intendunt sed remittunt : Ipse Prouincialis , in libello tertia Iulij nouissimi Apostillato , disertè fatetur. Que pendant ce delay , les estudes & affaires de la Société vont tousiours de mal en

pis au dict Louzin. non occasione huius controuersiae, quæ nihil circa pristinum usum innouauit: igitur defectu modernorum professorum, qui prædecessores suos non sequantur pari passu. Denique exemplum Ordinis Dni Benedicti, penes quem aliquando fuit potissima doctrinæ authoritas, satis monet non debere maiorem stabilitatem à Societate expectari.

3. Sicut non expedit intra eandem Provinciam Vniuersitates multiplicari, ita multò minus expedit, intra vnam eiusdem Vniuersitatis Facultatem multiplicari scholas, quæ non recognoscant eandem matrem, communesque discipulos *in spem gradus* pari iure instituant. Confundunt enim graduandorum ingenia partim contrarietate sententiarum, partim varia terminorum usurpatione, eo fere modo, quo diuersarum nutricum lac peregrinam infanti complexionem ingenerat, & plurium affecta imitatio, eloquentiæ vultum deformat. Ista quoque doctrinæ & disciplinæ varietas ambitiosam discipulorum pro magistris æmulationem excitat, quæ deinde vtorumque

animos in perpetuas discordias abripit; ac tandem in Rempub. tota hæc dissidia propagat; dum apud plebem cui præficiuntur, hi vt licitum commendant, quod illi condemnant ut illicitum. Ij ergo quibus Vniuersitatum cura incumbit hoc imprimis prouidere debent, vt qui ad gradus adspirant, qui que ad potissima Reip. munia destinantur, ab eadem matre, ijsdem moribus, ijsdemque sententijs, quantum fieri potest, imbuantur; quo ex eiusdem quasi matris lacte germanam fraternitatis indolem sugant, germanaque spiritu & iudicio Rempub. in suo statu concorditer gubernent.

4. Priuilegium quod ex bullâ Pij Quinti prætendit Societas æquè ad omnia Collegia spectat; siue extra siue intra Vniuersitatum loca sita sint, vt significant ista verba; *In suis Collegijs etiam ubi Vniuersitates exstiterint suas lectiones etiam publicas legere libere & licite possint.* Atque ita Prouincialis generatim pro vslu huius priuilegij supplicuit in suo libello: eoque Societatem collimare, non obscurè indicat æmulus ille conatus & apparatus, quo scholas suas Theologicas, quas habet

in celebrioribus Belgij oppidis , schio-
latium vndique excitorum frequentia,
ac disputationum solenni pompa , Aca-
demicis exæquare, imò & præferre ni-
titur. Antuerpiense Collegium , Facul-
tatis Mathematicæ nomen publicè the-
sibus impressit, & quosuis promiscue ex-
traneos etiam Hannones ad disputatio-
nes responsionesque Academico ritu
admittit. Montense in Hannonia Theo-
logos immatriculatos Academicos vo-
cat ; prout hæc partim ex thesibus in
hac causa exhibitis , partim fide digno-
rum testimentijs, constare poterunt.

Tot ergo in Belgio erunt Vniuersi-
tates, quot Societatis Collegia : robu-
stissimusque scientiarum neruus quem
in hoc æmulo studiosorum concursu
Christianus orbis firmauerat , marces-
cat, pacisque & concordiae seminarium
euilletur : Solatium & remedium, quod
contra solitudinem Louaniensi oppido
Ioannnes Dux Brabantiae dederat , illi
subtrahetur ; Gloria Brabantine Vniver-
sitatis in partes distractæ, omnibus extra-
neis communicabitur.

s. Vbi

5. Vbi Priuilegij prætensiū vsum Societas
obtinuerit, mox eundem cæteræ Religio-
nes mendicantes pari cura, nec minore
iure, obtinere satagent: non secus quām
ipsa priuilegia omnium Ordinum mendi-
cantium (adeoque etiam Societatis) præ-
sentia & futura iam dudum sibi singulis à
S. Sede concedi & communicari procu-
rarunt, ut refert Emanuël Rodriguez qq. Re-
gul. tom. 1. q. 55. art. 17. Cum ergo Louanij
octo ferè sint Regularium scholæ Theo-
logicæ, pro vna Vniuersitate chaos quod-
dam Vniuersitatum intra eosdem muros
miscebitur; quarum singulæ pleno & æ-
quo iure graduandos instituent, contra-
riisque sententiis imbuent: qui deinde il-
lam motum & iudiciorum difformitatem
ad vnius eiusdemque Episcopatus clerum
transferent, neque inter se neque cum E-
piscopo consentientes.

6. Ista professionum Theologicarum
prærogatiua præsentissimam Societati o-
ccasionem dabit, pleraque ingenia iam vi-
timò ad cæteras ecclesiæ functiones ex-
cultta, sibi incorporandi. Quare cum so-
cietas vltra omnem proportionem mem-
bri quod in Ecclesia constituit, ac functio-

nis subsidiariæ, quam suo arbitrio, citra vi-
lius imperium, obit, numerum suum in
dies magis magisque augeat; ijs qui Eccle-
siæ & Reip. prouisum cupiunt cauendum
erit, ne membrum hoc sua enormi ma-
gnitudine corpus Christi monstrosum ef-
ficiat, & succum qui in cætera membra de-
riuandus esset, in se vltra modum deriuet:
Principalem ergo grāduāndorum institu-
tionem potius committent vni Facultatis
collegio; quod sicut pro maiore parte Se-
cularibus constat, ita status ecclesiastici se-
cularis curam in primis gerit, ad omnes
autem Regularium ordines, indifferenter
se habet. Exemplum quod imitantur de-
dit Cardinalis *Borromeus*, qui fuorum
Archiepiscopaliū *Collegiorum* præfe-
cturas Societatis religiosis ademit, hac ad-
dita ratione, Ecclesiam magis egere *Pasto-
ribus* quam *Religiosis*. Enixè hoc à SS.
Principibus, si viuerent, efflagitarent qui
Theologica collegia Louanij fundarunt
non in Religiosorum sed in Pastorum se-
minaria, Religiosis disertè exclusis. Ut
enim Præsides & alumnos seculares esse
voluerunt; ita alumnorū instructionem,
secularibus item Magistris committi de-
siderarunt.

7. Graduādorū institutione ad Societatē
translata , omnium partium Reipub. &
Ecclesiæ potestas ad eandem deuoluetur,
nouoque hoc Theologicæ instructionis
beneficio ipsos etiam Ecclesiæ Pastores &
Episcopos deuinctos sibi habebit ; vnius-
que ordinis prædominans authoritas ma-
gis quam haec tenus, cæteris grauis existet.

8. Societas nulli paret nisi suo Genera-
li & summo Pontifici ; cumque se gratis
omnia præstare gloriatur, nihil se alijs de-
bere , aut plura sibi ab aliis deberi astimat.
Multo igitur glorioius erit SS. Principi-
bus, multo etiam ad facilem Reipub. gu-
bernationem consultius, Vniuersitati suæ,
cuius ipsi parētes sunt, cuius proinde om-
ne decus in ipsos hoc nomine redundat,
istum honorem publicarum professio-
num in ordine ad gradus proprium , vti
haec tenus fuit, decernere.

9. Tres illæ primariæ lectiones, quibus
hoc Priuilegium Academicæ professionis
per visitationem astringitur, partim à Ca-
rolo V. Imperatore, partim à Philippo II.
Hispaniarum Rege institutæ sunt ac do-
tatæ, hoc ipso fine, vt quotquot ad gradus
Theologicos adspirarent, eas audire tene-

rentur. Non est ergo cur SS. Principes augustissimas parentum & prædecessorum memorias piissimasque fundationes obscurent, suaque intentione frustrent, propria illarum gloria Societatis lectionibus communicata.

10. Quod si omnibus cæteris Facultatis Theologicæ professionibus, siue ordiniis, siue nouiter fundatis, ius illud professionum *in ordine ad gradus* quod eatus habuerunt, per visitationem ademptum est; profecto iniquissimum erit, illud modò communicari Societatis lectionibus, quæ numquam illud habuerunt, neque vlo iure Academicis professionibus anteponendæ sunt.

11. Si hæc noua celebritas Societatis scholis accesserit, multo in posterum seuerius accuratiusque Ordines confederatarum Prouinciarum cauebunt ne Catholici filios suos ad Louaniensem Academiam mittant.

12. Iuri naturæ prorsus aduersatur, ut non eadem quæ concepit mater, pariat, aut quæ parit, non conceperit. Facultatis ergo professores, quibus ex iudicio Catholicæ maiestatis, gradus Academicici, & gra-

duandorum examina , disputationesquē reseruantur , graduandos quoque omnes principaliter instituere debent . Alioqui subiacebunt illi opprobrio . Hieremias 17 . Perdix fouit quæ non peperit : illisque avibus assimilabuntur quæ supposita cuculi oua excludunt .

13. Et verò multa ac grauia incommoda emergent ex hac officiorum eiusdem matris in plures facta distributione . Cum etenim disputationū Præsides iis qui respondent subsidio esse debeant , frequenter contingenget Societatis discipulos à Facultatis Magistris deseriri , quoties illi responsionem suam deduxerint ad eas Societatis opiniones , quas Facultas omnino improbat , suisque in scholis defendi vetat , aut ad Magistrorum suorum nouas ac priuatas speculationes , quas similiter Facultatis Magistri , ut improbables , & imperite à responsalibus excogitatas , reijcident : adeoque Societatis discipuli , ad singula penè responsa , Præsidis sui censuram anxij reformidare cogentur .

Ne autem huius incommodi consideratio frequentiæ scholarum Societatis ob sit , accuratissimè obseruabit , num Præsi-

des aliquam sententiam Professorum Societatis redarguant; ut eam ipsi etiam contra vindicent. Erit ergo hoc fœcundissimum quotidianæ contentionis seminariū, quæ scholas Theologicas, & verisimiliter etiam tribunalia, non sine graui scandalo, implebit.

Ostium deinde magnum licentiæ & negligentiae studiosorum aperient illa professorum utriusque scholæ promiscua testimonia de auditis lectionibus, siue quia Facultas non perinde explorata habere poterit testimonia Professorum Societatis, ac suorum, qui examini, & præsentationi intersunt; siue quia Professores ipsi, ut gratiam studiosorum præoccupent, auditoriique sui numerum augeant, ex fide eorum qui se visitasse affirmabunt, testimonium perhibebunt.

Verendum etiam ne Societatis Professores, auditoribus scholarum Societatis extra Universitates, promiscuè testimonium perhibeant, quo se examinandas Facultati præsentrent. Quia enim illos privilegio Pij Quinti æquè comprehensos censemus, eodem omnes loco habebunt, simulque cum suis auditoribus Facultati præsentabunt.

Denique titus quo graduandi se præsidibus suis vii filios eruditionis addicunt, non poterit à Societatis auditoribus usurpari; quia præsides non fuerint eruditio-
nis ipsorum magistri.

14. Certum est Societatē si hoc obtinuerit non hic substitoram, sed ad plenum ius examinis graduumque conferendotum adscensum hinc facturam; ob incommoda, quæ iam deduximus, quæque Societas in hunc finem, tum refouebit, tum verbis exaggerabit: aut si hoc minus successerit graduum ipsorum æstimationem minus, simiæque instar, nouum graduum specimen, maiore etiam pompa adornabit; quale scilicet Dolanum Societatis collegium Dolæ nuper edidit, & in literis Dolanæ Vniuersitatis quas exhibuimus describitur.

Ipsum deinde Facultatis collegium occupare conabitur sibique incorporare, ne plenè Societatis in totam rem p. autho-
ritati aliquid detrahatur, eiusque scholas æ-
mulo conatu exagitetur; idque aut lectiones Facultatis ab earum patronis impetrando,
aut à Pontifice obtainendo ut Societatis Professores in regentum quoque numero

habeantur, aut eorum qui ex Societatis institutione ad hoc collegium admissi erūt suffragia conciliando, aut denique Facultatis Magistros *perpetuis dissidiis* exagitantendo, ut tandem vacuam Societati relinquant Theologicæ Facultatis possessionem. Cui enim lubebit ad certam cum Societate contentionem, desperatumque contentionis successum Louanijs subsistere?

Ita collegium Doctorum Regentum, è quo tot insignes viri ad præcipua Status Ecclesiastici sacerdotalis munia euocati fuerint, in Societatis potestate concedet: quæ deinde, ab hoc quasi capite in subiecta membra pleno se iure diffundet; Collegiorum Theologicorum *Presidentias*, & *Prouisiones* apprehendet, ut ex iis scholæ suæ auditorium, ordinisque seminarium constituat; fortè etiam *opulentiora aliquot* & *magis opportuna* Collegia, in Professorum, Nouitiorum, & Studiorum domos conuerteret; Collegiorū prouetus, & nominationum iurā suis vindicabit. Quidquid enim his conatibus obiecerint Collegiorum statuta, dispensatione amoueri curabit; honoresque & præmia, iure onerum

quæ feret, communicari sibi postulabit. Vno verbo, non ante finis erit contentio-
num quām plenum Facultatis iūs in So-
cietatis potestatē concesserit, proinde
ac Treuiris, Moguntiæ, Mūssiponti, & ali-
bi.

Vt ergo Societas horum spe ac intuitu
tanto conatu tantaque inuidia aditum sibi
ad Vniuersitatem parare videtur; ita iis
qui totius Ecclesiæ & Reipub. curam ge-
runt prouidendum est, ne *reliquus Eccle-
siæ status* graue hinc detrimentum acci-
piat, quando ille de manu Societatis *non
nisi feces*, quas reiecerit, accipiet.

15. Ius hoc omnes graduandos instituen-
di antiquissima est Academiæ hæreditas,
& auita possessio. Non ergo potest ei nihil
demeritæ, citra iniuriam, pars quedam hu-
ijs iuris eripi, & in Societatem hoc solo
nomine conferri, quod incerta spē maior
inde fructus expectari prætendatur: non
magis quam ciui pars hæreditatis, aut or-
dinatio Magistratui pars muneric, hoc so-
lo titulo subtrahi. Quod si fenestra hæc
hominibus, sua quām aliorum, pluris æ-
stimantibus, aperta fuerit, nullus erit finis
aliorum priuilegia & munia hoc nomine

ambiendi; nulla eiusmodi præmiorum fidia & secura possessio.

16. Officium quod Facultas Theologica Louaniensis Belgio præsttit duorum seculorum experientia, testimonioque Ordinum Brabantæ, probatur: Officij quod Societas pollicetur probatio, ab incerto & sero venturæ diei testimonio suspensa est. Potius ergo animanda est eadem Facultas ut integrum hoc officium eadem industria diligentiaque continuet, quam alienanda ab ulteriore officio parte illius ad Societatem transllata.

Præiudicia contra hunc Societatis conatum supremam auctoritate edita.

An. 1584 **P**LACE TVM quod tempore Philippi II. Hispaniarum Regis euulgatum est, hunc usum Privilegij Societati negavit, ut in altero scripto deduximus.

An. 1595. Idem Rex Catholicus hanc suam voluntatem placitique sensum nouo ac celeberrimo suo facto declarauit, quando contranidente Societate (ut patet ex literis in hac causa exhibitis) pro una lectione Ma-

gistri duas instituit S. Thomæ, easque voluit ab omnibus, qui ad gradus adspicarēt frequentati, ut habetur in literis Serenissimi Principis nomine Catholicæ Maiestatis ad Facultatem scriptis.

Eodem anno Sanctissimus D. Clemens An. 1595.

VIII. super eodem negotio ab Vniuersitate interpellatus, Breue direxit ad Abbatess S. Gertrudis de B. Mariæ Parcēsis, quo mandauit, ut inhiberent Societati, ne pergeret in docenda Logica & Physica; ac simul de cæteris scientiis voluntatem suam expressit his verbis; *Per præsentes autem non intendimus ijsdem Clericis dictæ Societatis prohibere, quo minus in suis scholis Metaphysicam, necnon cæteras disciplinas & Facultates, quas ibidem docere ab Vniuersitate permisi sunt, post hac profiteantur. Nēpe nolle se, ut Societas alias, aut aliter, quam de consensu Vniuersitatis, & permissione vtatur iure quod ex bulla Pij Quinti prætendit; quoad de ipso priuilegi iure per Iudicem Apostolicum petitorie cognitum fuerit.*

Tandem quod ante seorsim, in nuperā Vniuersitatis visitatione cōiunctim, vterque hic supremus Princeps statuit in hanc

formam ; Statuimus ut non aliter ad primū Baccalaureatum admittantur, quam si fuerint Artium Magistri aut Religiosi; nisi tertio ad minus à promotione, vel studij Theologici incepti anno expleto ; aut ad minus tres primarias electiones, sacre scilicet Scripture, & duas scholasticae Theologiae, exactè audiuerint, & ea de re ab ipsis Professoribus testimonium attulerint. Cum ergo hoc iudicium adeo recenter Summus Pontifex & SS. Principes proprio uterque diplomate ediderit, atque visitationis, post diligentissimum omnium circumstantiarum per Visitatores factum examen, post accuratissimam huius examinis ad SS. Principes relationem factam, inseri mandaerit, non potest boni publici ratio in hoc negotio dubia censeri.

Intellexit quidem Vniuersitas, Societatem, postquam hoc statutum à SS. Principibus conceptum & probatum fuit, pro iure ; quod ex bulla Pij Quinti pretendit, intercessisse, ne scilicet illo statuto ei praedicatum censeretur : Serenissimos vero principes respōdisse, ius si quod Societati quæstum esset, integrum ei fore. Sed hæc de iure (quod altero scripto ostendimus

nullum esse) exceptio fuit; non de bono
publico, quod hic expendimus. Neque
enim Societas nomine boni publici in-
tercessit, quasi de imprudentia arguens
Principis iudiciū, sed nūdē Pij quinti bullā
representauit, petiitque declarari, nihil illi
derogari hoc nouo statuto, ut patet ex
verbis libelli supplicis, quem Prouincialis
exhibuit. Ista ergo de iure exceptio argu-
mētum publici boni quod hinc elicimus,
potius confirmat: statutum scilicet illud,
tanquam ex intuitu publici boni latum,
Societatis quoque auditores comprehen-
dere debere, nisi illa docuerit contrarium
sibi ius quæsumus esse. Neque opponere
potest non fuisse sui habitam rationem,
dum lex illa conciperetur: nisi fortè visi-
tatores ipsosque Serenissimos Principes
temeritatis & imprudentiæ velit arguere,
quasi legem vniuersalem conceperint &
promulgauerint, non attētis iis omnibus,
quorum fuisse habenda ratio; statutum
que hoc illusorium facere, contra quod
omnes cæteri Religiosi eodem titulo pos-
sent excipere.

Iure ergo priuilegij Academici & per-
petua possessione penes Vniuersitatem

existente; (vt altero scripto deductum est) non potest ex capite boni publici controuersia Facultati moueri citra iniuriam Visitationis factæ.

Id quod Serenissimi Principes non obscurè indicarunt, quando sub initium huius controuersiæ, per apostillam 20. Decembris Anni 1618. libello Vniuersitatis adscriptam, totum eius statum ad viam iustitiæ reuocauit, his verbis,

Le tout remis par ladite Altesse audit Conseil, pour y ordonner ce que en Justice sera trouué conuenir: La Cour, auparauant faire droit, admet ledit suppliant à la verification du fait par luy posé par sa response au 26. article dudit escript, intitulé, Information. Et infrà; Pour ce fait, y estre ordonné, ce que en Justice sera trouué conuenir.

Idque adeo certum habuit secretum Concilium Serenissimorum Principum, vt deputatis Vniuersitatis instantibus pro communicatione integri responsi Societatis ad scriptum Informatorium, responderit ideo non communicari, quia ex solo articulo possessionis caussa esset deciderenda, nulla cæterorum habita ratione.

Enixè ob hæc SS. Principes rogat Vni-
versitas Louaniensis; parentes scilicet fi-
lia, ne hæreditatem, quam de illorum ma-
iu accepit, & ducentis ferè annis possedit,
Societati cedere cogatur, honoremque
anto suo labore & sudore partum, *in sibi*
xtraneos transfette iubeatur: Ne tam
nulta prole fælicissimam fæcundissimam-
que matrè, parte materni officij mutipar-
i sinant: Et quam, sua post Deum prouis-
tentia, ad hunc pacatissimum fælicissi-
numque statum promouerunt, in perpet-
uam infælicissimæ contentionis mise-
iam coniici, totamque simul rempub.
eidem periculo exponi permittant.

BREVE CLEMENTIS VIII.

Dilectis Filij S. Gertrudis intra, &
S. Marie Parcensis extra muros
Oppidi Louaniensis Monasterio-
rum Abbatibus, vel eorum alteri.

CLEMENS PAPA OCTAVVS.

DILECTI Filij Salutem & Apostolicam benedi-
ctionem. Accepimus nuper Dilectos Filios Cle-
micos Societatis I E S V Louanij commorantes, &c. con-

tra priuilegia ab Apostolica sede, Vniuersitati studij generalis oppidi Louaniensis Mechliniensis Diœcesis concessa, in suis scholis, ipsa Vniuersitate reclamante, cursum Philosophiaæ, nempe Logicam & Physicam in eiusdem Vniuersitatis præiudicium auspicatos fuisse: Quapropter nos, qui Apostolicorum priuilegiorum obseruationi, ac pacis & concordiæ inter Ecclesiasticas personas & Catholicas Vniuersitates obseruationi prospicere in nostra cura pastorali tenemur, vobis & vestrū cuilibet per præsentes commitimus, ut statim viis præsentibus, prædictis clericis seu Religiosis prædictæ Societatis in virtute sanctæ obedientiæ ac etiam sub Ecclesiasticis sententiis, censuris ac aliis arbitrio vestro vel alterius vestrū infligendis & ipso facto incurrendis pœnis, autoritate nostra mandatis & præcipiatis, ut à dicta Logica & Physica in suis scholis docenda, statim omnia postposita abstineant, nec eas ulterius doceant, donec nos ad quos eiusmodi iudicium spectat, quid ea de re statuendum sit matura consultatione adhibitâ, pro bono eiusdem Vniuersitatis & pace utriusque partis deliberauerimus. Per præsentes autem non intendimus, iisdem Clericis dictæ Societatis prohibere quo minus in suis scholis Metaphysicam necnon cæteras disciplinas seu Facultates quas ibidem docere ab Vniuersitate permitti sunt post hac profiteantur, nonobstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, cæterisque in contrarium facientibus quibuscumque. Datum die vigesimasecunda Decembbris 1595
Anno Pontificatus quarto.